

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Herimannus dei gratia | Thuringie  
 lantgravius et palatinus Saxonie omnibus tam presentibus quam futuris in perpetuum.  
 Cum | omnibus sub ditione nostra constitutis patrocinii et iuste defensionis manum porrigere  
 studeamus, | maxime tamen viris religiosis et honestis moribus predictis id impendere prom-  
 5 ptum atque devotum gerimus animum, ut tanto familiarius deo in tranquillitate deserviant,  
 quanto ab iniquorum vexatione vel iniusta contradictione vitam securius ducunt. Unde  
 presentem paginam ad noticiam tam presentium quam in omne tempus in posterum  
 succedentium transmittimus significantes, quod dilectus noster Alboldus venerabilis abbas  
 in Volkolderode et fratres sui inibi in dei servicium coadunati ex voluntate et consensu  
 10 nostro bona quedam nostri iuris in Bertlarode et in Onechenrode ministerialibus nostris  
 Thudone, Nortmanno, Herimanno, Herimanno de Arnoluerode, Brunone de Dachbeeche,  
 Geuehardo de Dilstorp cum compromissione coheredum suorum vendentibus LXX marcis  
 coemerunt, predium vero VI mansorum in Orientali Kornre Alberto et sorore eius Bya  
 tradentibus pro LX et III marcis adquisierunt. Ut autem hec coemptio a iam dicto  
 15 abbate et fratribus eius rationabiliter et iusto ordine facta in omne tempus rata et incon-  
 vulsa perseveret, presens scriptum sigilli nostri impressione roboravimus adicientes, ut,  
 quicumque contra hec venire temptaverit et ausu temerario in bona predicta se invasorem  
 fecerit, dei omnipotentis et sancte genitricis eius iustam indignationem et nostre animad-  
 versionis meritam vindictam incurrat, donec manum et animum ab iniusta machinatione  
 20 revocaverit. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. C. XCVII., indictione XV.,  
 gloriosissimo domino Heinrico Romanorum imperium et regnum Sicilie feliciter guber-  
 nante, attestantibus viris honestis, quorum nomina subscripta sunt: Godefrido\*) abbate  
 Vallis sancti Georgii, Heidenrico preposito de Sulz, Heckehardo preposito in Abbateroth  
 et notario; laicis Meinero de Wirbene, Godeboldo prefecto de Novo Castro, Gunthero  
 25 dapifero, Heinrico marscalco.

(SFR.)

## 27.

*Bischof Gandolf von Halberstadt übergibt unter Erwähnung einer Zeugenschaft des Grafen Dedo  
 zu Germersleben (zwischen 1181 und 1185) dem Grafen Otto von Grieben die Vogtei über das  
 30 Kloster Hillersleben. Ebendorf, 1197.*

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. S. an rothen und gelben Seidenfäden verloren.*

*Gedr.: Schmüdt, Urkundenb. des Hochst. Halberstadt 1,346.*

*Ann.: Da der 1190 verstorbene Markgraf Dedo, welcher hier noch Graf genannt wird, 1185 Markgraf wurde, so  
 muß er in der Zeit zwischen 1181 und 1185 als Zeuge fungirt haben, denn Dietrich wurde 1181 Bischof von Halberstadt.*

35 — — Cum idem comes (Berengerus, pater Ottonis de Gribene) in Germersleuc  
 domino predecessori felicis memorie Theoderico episcopo in presentia venerabilis domini  
 Wichmanni sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopi et dilectorum fidelium nostrorum

26. a) Von Godefrido—marscalco mit dunklerer Tinte geschrieben.